



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Reverende et amantissime Domine

Etsi, sicut multarum rerum, sic et
præcipuè mineralium sum ignarus, harum
tamen ediscendarum studium quoddam
me habere sentio. Rogo ergo te ut,
quâ benevolentia suscepisti me, cum
essem Teschinii, eadem nunc me,
Freggstadii degentem, sustineas. Est mihi
in animo, quamdiu ruri sum, certum
temporis spatium insumere, tum
recreationis, cum studii causâ, in
quærendis lapidibus; sed cum discernere
nequeam raros à communibus,
animadversione dignos ab indignis, ideo
mitto ad te particulas ex inventis,
adscriptas certo numero, servans penes me.

partes alias similes adscriptas eodem numero;
ita ut, si sis adio bonus, et per tempus
liceat, mihi rescribere quod nomen habeat
et qualis sit lapis hoc vel illo numero
insignitus, statim mihi facile futurum sit
ante oculos objicere lapidem illum cum
suis nomine, qualitate et pretio. inter
hos quos hodie mitto, suspicor vix unum
visu dignum esse; sed à vilibus ad
nobiles mihi asurgendum est. aliā vice
alios mittam, si hanc mihi molestiam
condones. si, præter opinionem meam,
aliquis ex his dignus esset, qui tuis
annumeraretur, per me licet, serves;
ceteros respice. Silex, quem mitto, fuit
longè major: videtur crevisse juxta
conchas, cum habeat in se formam
illarum concavam

Rescriptum tuum de his depone
in manus Dñi Molin, institutoris

juvenis B.^{is} de Saint Genois, ad me ⁷²₄
perferendum.

oro, me satis aures, ut non vitio veritas
meam erga te audaciam, quam praecor
ut non majorem judices quam meum
obsequium et amicitiam.

Breviter absolvo, quia latinus. vale.

Holley Gallicus sacerdos.

freystadii, die 2^a maji, 1800^o anno.

Reverendissime Damiene

Cum tibi liceat et libeat, ecce morsus adsum,
lucernae tuae lampadem meam accendere cupiens.
Mibi gratum fuit quod Pyromachus, nupèr
missus tibi placuerit: mitto nunc alium N^o 17
alterius coloris: quin et spero lapidem N^o 19,
quem suspicor pyromachum, à te judicandum
esse alicujus momenti, ob singularem illius formam
extrinsecam, hujus duplicem partem non habeo,
cum illum frangere noluerim. Duo granites
spis 15^o et 16^o sunt hic in tantâ massâ, ut
quatuor homines unam vix, non dico tollere,
sed movere possent. si lapis N^o 14 sit
marmoreus, mittam ad te aliâ vice partem
hujus majorem, quam penès me huc usque servo;
sed dubito, cum hic lapis det ignem, et
cum credam marmor esse calcarium lapideum,
qui non est ignifer. foret operis pretium
si quid possem reperire, quod tibi arderet.

Grato animo notas tuas de prioribus legi,
et de posterioribus his notitiam eandem rogaus
exquiri à te. interim vale

Frankfurti 11^o maii. 1600. Helley S.^o 9.^o

A Monsieur l'Abbe Holley a Trefflard.

Amicum Reuerende ad Carissime Domine!

38
7

Nosſi animum eorū te meum; atque adeo quid dubitas,
quoties libet, mecum litteris colloqui, quos praeſens
ſanctitate non eſt veritus. Neque enim ades ſum occupatus,
ut non liceat: neque ab argumento litterarum adeo auerſus
ſus, ut non potius liceat. Vti qui flammæ oleum
affundunt, eandem augent, non minuant: ſic cum tu
ad me deſcriptis ſcripſeris, me tibi magis deuincis,
non offeuderis. Similitudo enim utriusque, ita et ſtudii,
ſum eſt mater amorum. Ad ad rem.

Principis omnium lapidum ratio habenda: quia omnium
cognitio neceſſaria. Et ſunt ſubſordido pallio ſæpe
latet ſapientia: ſic ſub ingloria caſta raris nobis
ut gemma deliſcit. Idem tibi accidet, quod mihi; qui
principis innumerat lapides ſine diſcrimine compertui,
quod tandem delectu habito, et quaſi cognita cauſa
domo exurbani. Emiſſis lapidibus duo N. 8 et
ſine nota pyromachus, qui placuit, et eorum inter me age
non ignobilem nactus eſt, inter ſimplices: reliqui ad vnum
omnes inter compoſitos referuntur. Jam ordine
deſcribam ſingulos:

N. 1. Granites minutio particulis e cano ſilice, Quarz

Subrubicundo spatho scintillante (Goldspat) & subviri-
di mica (Glimmer) compositus.

N-2. Granites minutis particulis e crasso filice,
luteo sabigante spatho s. & obscure viridi mica compo-
situs.

N-3. Gneiss e nigra horablenda, albo spatho s. et
argentea mica compositus.

N-4. Granites minutis particulis ferrugineis e crasso
filice, albo spatho s. & argentea mica compositus.

N-5. Gneiss (quartz) e crasso filice, albo spatho s. &
argentea mica tabulatum compositus (gneiss).

N-6. Mica fissilis (Glimmer) ferruginea
e crasso filice, & argentea mica compositus.

N-7. Granites minutis particulis e crasso filice, albo
spatho s. argentea mica, & basalti fibroso (Diorit)
compositus.

N-8. Silex (Quarz) subrubicundus aliquantum pellucidus.

N-9. Granites minutis particulis e crasso filice, subru-
bicundo sabigante spatho s. & argentea mica compositus.

Sine nota. Pyromachus Infus & cinerei coloris cum vestigiis
concharum.

Vale. J. J. Linii Schani 1800.

Lithanthracibus ~~am qm~~ quarendis occupatus domo
absui; deq; serius epistolae tuae respondi. Vale.

27 Maii 1800.

Speciem i florato ^{linea} ^{epuli} secundo sumpti

Lithanthracis, quem Pognisdoniū detexi, misi tibi: ♀ 17 Maii

Idem cum caruinenfi, quem bonitate admodum
superat, comparans. Spes fore: ut plura florata

deprehendam. Vale.



ksiaznica@kc-cieszyn.pl